SPECVLVM
CLARISSIMVM,

IN QVO SVMMI PONTFICIS ROMANI Imago, Expræssaq; Sedes, vtriusque Gladij: Nempe Spiritualis, & Temporalis: Ecclesiastici, & Politici,

In toto Terrarum Orbe demonstratur: Declaratur, & absque vlla macula, apparet.

AVCTORE
R. P. MAGISTRO CHRISTOPHORO
Syluestrano Brenzone Carmelita Doct. Patauino.


Ad Illustriss. & Reuerendiss. Dominum,
D. Card. SCIPIONEM Burghesium.



FERRARIÆ, M.DC.VII.

Apud Vict. Baldinum, Typogr. Cameralem.
Superiorum permissu.

ILL.MO AC R.MO DOMINO D. SCIPIONI BVRGHESIO S. R. E. CARDINALI. S.





EVS à quo lex, ſcientia, & ſapientia, omnis (ampliſsime Cardinalis) vt SPECVLVM Clariſsimum in Speculo, & ad ſpeculum de vtriusque Gladij ſpiritualis, & temporalis, Pontificia ſumma Maieſtate, ac Celſitudine, quã PAVLVS QVINTVS, Auunculus tuus, tenet formarem: Mentem mouit: cor accendit, intellectumq; illuſtrauit Beatiſsimaq; Deipara Maria, Mundi Regina Carmeliticiq; inſtituti ſingularis Patrona, Animum, ſpiritumq; meum, vt ſub Illuſtriſsimæ ac Reuerendiſsimæ Dominationis ſuæ auſpicijs in lucem omnibus manifeſtarem inclinauit. Hinc ne cęleſti lumini, obſiſterem, Illud ordinaui, perfeci, Tipis dedi, ſplendoriq; ſuo, vt in ſplendore, ſplendor, ad ſplendorem, illucceſcat,

ascripsi, & dicaui. Animo suo generoso dignetur accipere. Tum quia à Deo summum, Pontificatus, sceptrum pendet: Tum quia Maria, in Dei spiritu, verbi Dei est Genetrix: Tum quia Ecclesiæ status exquirit similia: Tum deniq;, quia licet quam breuissimè, & compendiosè sit ordinatum: Tamen (& hoc sine ambitu,) vti in propositionis Panibus, apud Veteres, ex similia confectis, cæteri panes, & cibi, includebantur: & in Gemmis prętiosissimis alijs lapides intelliguntur: Sic, sic inquam, hoc in limpidissimo Speculo, Thæologiæ: scripturæ: Canonum: Philosophiæ, irrefragabilisq; veritatis, rationes inconcusses continentur, irradiantq; Vndè indubitanter, Sedem Pontificiũ, vt nonquã Ecclesiastici, & Politici, Sceptrum, directe, & immediate Iuribus omnibus consentientibus, tenere, possidere, administrare, & conferre, patet, & demonstratur. Interim D. O. M. PAVLVM QVINTVM TOTIVS Mundi Pastorem, incolumen, conseruet: Et in fortitudine, fortitudini, ad fortitudinem, propter fortitudinem, muniat, fulciat, corroboret, & substentet, quem in sacrificijs meis quotidianis, nec non pro Illustrissima, & Reuerendissima

214

difsima ſua dominatione, enixe òro; & expoſtulo. Veſtraq; benignitas, me in ſeruum ſuum minimum, dignetur accipere Quoniam in candore, candide; illum obſeruo, & amo.

Dat. Piſis apud Carmelitas die Auguſti. MDCVI.

Veſtræ Illu.mæ Ac Reuer.mæ Dominationis

Seruus humilis

Frater Chriſtohporus Syluestranus Brenzonus Veronenſis Regens, in noſtro Conuentu Carmelitico.

AD LECTOREM.



ICET ex a tiquis multi materia eadem, eodemq; Artifice, fineq; simili, libros præclarissim s in legibus, Philosophia, ac Medicina, ingenio, labore, & sudore confecerint: Alij Pontificum: Imperatorum: Regumq; Imagines, & Simulachra, miro cum artificio depinxerint: Alijq; Principum Pallatia, amplissima ædificauerint: Tamen quotidie mundus, libros libris, Imaginibus simulachra, & Pallatijs, domos, ædificijsq; nouas, addunt, strutiones. Congenitam nanq; vnusquisq; à Natura habet formam, Idolumq;, quod ad summi Opificis splendorem, omnibus patere, maxime cupit. Hinc licet sciam viros multos, doctos, & sapientes, in Pontificiæ Potestatis, materia, libros multos, docte, prudenter, canoniceq; scripsisse: Nihilominus, vt forma, in forma, a forma, propter formam, dignoscatur, pauca quædam, & ego, colligere, ordinare, scribere, & imprimere ad Pontificiæ Maiestatis, Celsitudinem sub speculi Titulo, in lucem prodire, volui. Hoc in speculo nanq; summa, vera, cœlestis, & Diuina, PAVLI QVINTI Pontificis Maximi, ac Prædecessorum, vtriusque Gladij, spiritualis, & temporalis: Ecclesiastici, & Politici, Imago, Potestas, & Imperium, intuebitur: Multi Auctoritatum ponunt, congeriem: & non nullas ego propono: At rationes potissimas, ostendo. Vnde in sole, & ad solem veritatis, & sol, illucessit. Accipe libenter: lege sapienter: & omnia degustabis, suauiter. Vale. Deumq; pro me ora.

SPECVLVM
LIMPIDISSIMVM,

F. CHRISTOPHORI SYLVESTRANI
Brenzoni Carmelitæ Doctoris Patauini,

215

In quo octo sunt Imagines, Spiritus Sancti penicillo depictæ, omnibusq; coloribus ornatæ. Vnde quisque sani oculi, Spirltualis, & temporalis: Ecclesiastici, & Politici, Gladij vtriusque, Sceptrum, à Domino, Petro successoribusq; collatum, intuebitur. Quod modo.

PAVLVS V. PONT. MAX.

Tanto cum splendore, caritate, pietate, iustitia, & prudentia, tenet directè, & immediatè super oẽs Duces, Principes, Reges, & Imperator.

ORDO.

Imago prima, in primo Capite sedem habet in sacra Scriptura: & ex Christi exemplo.
Secunda in Canonum Legibus.
Tertia in Doctorum placitis.
Quarta in Philosophorum demonstrationibus.
Quinta, & Sexta in historiarum, narratione.
Septima in Regum, & Imperatorum, Vnctione.
Octaua in Hæreticorum, Scismaticorum, & male sentientium circa scripturas, solutione.

ADDO.

In sacra Scriptura, Spiritus Sanctus, loquitur.
In Canonum Regulis: Spiritus Sanctus, lucet.
In Doctoribus, irradiat: In Philosophis, splendescit.
In Historijs, est claritas: In Vnctione, Bonitas: & in solutione, omnis existit, & consistit Veritas.

CAPVT Primũ habet Imaginẽ certam, & indubitabilẽ, Quòd Summus Pontifex directe, & immediate, totius mundi vtrunque Gladium Ecclesiastici, & Politici: Spiritualis, & Temporalis ex sacra Scriptura, tenet.

PRI-

PRIMA RATIO.



HRISTVS Petro omnem Potestatem Spiritualem, & corporalem, concessit. Ergo & omnibus Pontificibus: Quia sunt Petri successores. Consequentia patet ex Romanorum Pontificũ serie continua.

Antecedens patet dum inquit Dominus. Quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cælis.

Nam quodcunq; est signum vniuersale distribuens super omnia quæ sunt in terra. At in terra non solum sunt animæ, sed sunt corpora: sed res etiam: sed res sunt Dominia temporalia. Igitur Pontifex erit omnium Rex directe, & immediate.

4. Sent. prologi quæ. 11. a. 4 *Declarat doctissime Joannes Bachonicanus explicans verba illa ligare, & soluere.*

Inquit. Cur dicit Dominus ligare?
Cur dicit soluere?

Respondet. Ligare non solum dicit impositionem penitentiæ in foro Poli. ipsi peccatori: Vel vinculum excommunicationis, contumaci: sed dicit prohibitionem actionis illi, qui ex causa dominium possessionis in alium transtulit.

Absoluere, non solum dicit actum liberationis rei, à culpa, vel ab Anethemathe: sed dicit liberationem emptoris ab obligatione rei iusto prætio emptæ, restitutionis. At res est temporalis. Igitur Petrus, successores, & Paulus Quintus Pontifex Max. vtrunq; directe tenet Imperium .i. quo ad Ecclesiam, & mundum.

Hoc à Domino fuit ostensum in omnibus causis, videlicet. In causa.

Spirituali	*In spirituali, dum iustificauit Publicanum, & Magdalenam.*
Ciuili	*Dixit publicano Descendit Hic iustificatus in domum suam. Et Magdalenæ. Remittuntur tibi peccata tua.*
Criminali, &	
Sanguinis.	

Matth. 22. *In causa Ciuili dum Pharisæorum, & Herodianorum diffiniuit litem de tributo dicens. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Hinc quæro.*

An in causa Cęsaris fuit vere Dominus: An non fuerit? si non fuisset cur mittunt ministros Herodianos: in causa si fuit: ergo verus Domi-

Dominus: quia Iudex supremus: qui ordinat census Regibus. Matth. 25.
In causa criminali, dum mulierem in adulterio deprehensam liberauit.
In causa sanguinis, quando Petro ordinauit, vt Gladium in vaginam poneret. At hanc omnem Potestatem Petro primo Pontifici, & successoribus, in verbo illo quodcunq; ligaueris super terrã contulit. Igitur vtrumq; Imperium, Ecclesiæ, & mundi tenet.
Id robur præstat dum inquit. Data est mihi omnis potestas in cælo, et in terra. At omnis Potestas continetur in verbo ligandi, & soluẽdi. Igitur est omne Dominium spirituale, & temporale. Matth. vlt.
Dabit illi dominus sedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in eternum. Ecce temporale.
Confirmatur in psalmo Dauidico loquente de Christo adorabunt eũ omnes Reges: & Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent. Psal. 71.
At adorare, & honorare, & soluere tributa Regi, signat Dominium temporale. Hoc autem Petro Donauit. Matth.
Igitur Dominabitur amari usq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminosos, etc. Psalm.
Id clarissimum apparet apud Lucam. Ecce duo Gladij. Respondit Dominus. Satis est. Cap. 22.
Quid Gladius? } Semper, vel saltem principaliter,
Quid duo? R. quod } Gladius significat Imperium. Hoc in Psalmo. Exultationes in gutture eorum: Et Gladij ancipites in manibus eorum. Nota Gladij ancipites. Nota in manibus, ne Sanctus Bernardus in libro de consideratione. Et Bonifacius VIII. dicunt, quod Dominus loquitur de maioritate Ecclesiæ. Igitur cum sint duo gladij, duę pariter erunt maioritates, in spirituali, & temporali Imperio. Nam sicuti exultationes dicunt absolutiones à peccatis: Indulgentiarumq; administrationem, & spiritualium communicationem: Sic Gladij dicunt Iurisdictionem spiritualem, & temporalem. Hinc dicit in manibus eorum. Quia directe, & immediate, ab ipsis pendent. Hinc Gladij, & non gladius. Psalm. Lib. 4
Clarescit magis, ac magis conclusio ex legis veteris statu. Nam Si Melchisedech simul, & Semel fuit summus Sacerdos, & summus Rex, vt habetur Genesis: et directe, vtrũq; exercuit Gladiũ. Gene. 14. Heb. 7.

Exod. 40. *Si Moyses directe, & immediate fuit Summus Sacerdos, & Dux*
Leuit. 15. *Israelis. Nonne adolenit? Igitur Summus Sacerdos.*
Exod. 18. *Nonne iudicauit populum? Nonne lex illa dabat mortem?*
Nonne occidit Egyptum? Lege exodum Cap. xxi.
Nonne præcepit, vt occiderentur qui Vitulum adorarunt? Ergo summus Dux in Politico, & temporali dominio.
Deutero. 1. constituit Rempublicam: Principes, & Iudices.
In nostro Principe Elia aparet maxime.
Elias non obtulit sacrificium in Carmelo? Igitur Summus Sacerdos. Nonne præcipit, vt occiderentur Prophetæ Baal, dicens omnes occidantur, nec vnus remaneat? Igitur Politicum exercuit Imperium.
1. Reg. 1. *Idem de Eli, qui simul fuit Sacerdos, & Iudex. Igitur vtrunq; Gladium, nempe spiritualem, & temporale exercuit.*
Sic Iudas Machabeus: Sic fratres eius.
libr. 12. *Idem in libro de antiquitate Hebreorum: ponit Josephus.*
Modo si isti duo Gladij erant in lege veteri: Quomodo non erunt in Euangelio?
Nonne Euangelium supereminet legi? Non est finis legis?
Hinc si tollantur duo gladij in Euangelio, vnde Pontifex Euangelicus solum teneat directe Ius, & Dominium spirituale, & non haberet Gladium temporalem directe, & immediate in toto terrarum orbe: sequentur infinita incommoda. Nam
1 *Sequeretur quód non solũ lex esset præclarior Euangelio: sed quod synagoga Ecclesiam excederet. At hoc est falsum. Quoniam illa erat vmbra: Ecclesia est lux.*
2 *Quod Sacerdos summus legis, nostrum Papam in Euangelio indignitate vinceret. Quod est absurdum maximum.*
1. Corin. 10. 3 *Quod Moyses præstaret Christo. At istud est stultissimum absurdissimumq; Nam Paulus inquit. Omnia in figura contingebant illis. At figura non præstat figurato. Modo si ius vtrunq; directe, & immediate fuit in veteri Ecclesia: Quomodo non erit in sublimi, & Nostra Romana Ecclesia? concludatur ergo, Paulum V. Pontificem Maximum directe, & immediate tenere Spirituale, & Temporale dominium. Et legatur*
1 Mach. 12. *primus liber Machabeorũ. Et videbunt quod Jonathas simul*

mul fuit Summus Sacerdos, & Princeps Regni Iudaici, & hoc directe, & immediate. At si Ionathas Hebreus tenet vtrumq; Gladium, teneat & Paulus V. cum sit maior.

CAPVT II.

In quo eadem conclusio, quod Summus Pontifex, vtrunque teneat Gladium principatus: videlicet Ecclesiastici, & Polit. Spiritualis, & Temporalis: & hoc directe, & immediate. Fundamenta sunt à Canone.

Habetur in Titulo de translatione Episcopi. Cap. Quanto Quod Romanus Pontifex, non solum puri hominis, sed veri Dei, vicem gerit in terris; Et diuina auctoritate fulcitur. Modo formo rationem. Deus habet omne dominium absolute, directe, & immediate; canente Vate in Psalmo. Domini est terra, & plenitudo eius. Igitur erit Dominium, Petro, successoribus, & Paulo Quinto summo Pastori, collatum, & dere lictum directe.

Confirmatur. Si de quo minus videtur non in esse, & inest ergo de magis, inerit. Modo cum minus videatur, vt vtrunq; Gladium habeant Episcopi minores Summo Pontifice, & tamen directe, & immediate habent, & gubernant Ecclesiasticum, & temporale: Cur non erit in Pastorum Pastore? Maxima est ratio. Sed hoc est in multis Prouincijs.

Insuper. Qui dat Auctoritatem eligendi Principem temporalem, & Politicum habet illam Auctoritatem patet à Simili, Sol Gemmis communicat splendorem: Ignis calorem: Et Magnes ferro, motum, quia dicitur calorem esse virtualiter in Sole, formaliter in igne, & motum in Magnete, excelenter. Modo si summus Pontifex communicat vim, & Auctoritatem Episcopis; Archiepiscopis, & Principibus eligendi Imperatorem pro dominio temporali, & Politico, non erit magis in summo Pontifice istud Dominium directe, & immediate?

At Gregorius Summus Pontifex huius nominis quintus nonne cõmunicauit Auctoritatem septem Electoribus Germaniæ, vt possint Cęsarem eligere in Imperium temporale? Igitur Imperium istud directe erit in Pontifice, & successoribus.

Histo. Platinæ,& Blōdi.

Electores sunt isti.

Archiepiscopus Maguntinus
Archiepiscopus Coloniensis, et } *Princeps sunt isti.*
Archiepiscopus Treuirensis.

Comes Palatinus Rhem Dux Saxoniæ.

Marchio Brande Burgensis: Et Rex Boemiæ.

Cum igitur isti Electores sint ordinati à summo Pontifice pro electione Imperatoris ad politicum dominium: Hoc magis erit in ipso Pontifice, vt in prima causa. Et magis est in Pontifice, quam in Imperatorē.

In Dominio Veneto Veronensis Episcopus habet vtrunq; Gladium. Est Comes facit sanguinem. Sic Vincentia.

Habet Philosophus quod prima causa plus influit in effectum quã secundæ causæ.

Magis mouet prima Intelligentia primi cæli, quam Inteligentiæ aliarum sphęrarum. Quia aliæ Intelligentiæ dependent in motu à prima.

Sic magis operatur cor in animali; quam cętera membra. Quia à corde omnis vita. Sic patet de Radice in Planta, quo ad flores, & fructus,

De Architecto in Machinis,

De Duce in exercitu,

De Rege in Ciuitate, & de similibus in omnibus ordinibus: Modo cum Summus Pontifex: in Potestatibus sit Prima causa: Primus motor, & Primum communicans, quo ad dominia spiritualia, & temporalia, necessario directe in illis operabitur.

Rationes sunt irrefragabiles. Dicant alij quicquid volunt. Ratio vincit omnia, & soluit dubia.

Hinc apparet vis huius conclusionis in hoc. Quoniam Imperator non potest hoc nomine gaudere, donec a Pontifice Summo non acceperit Diadema.

Hinc

Hinc omnia facta in Imperatore, & ab Imperatore ex Philosopho; summo Pastori inscribuntur. Inquit enim Philosophus, Quicquid est causa causæ, est causa causati. Imperator habet dominium temporale in populos, & Reges mundi Principesq; ergo, & Summus Pontifex. Patet, quia summus Pontifex directe Imperatori impertiuit.

Corroboratur ex hoc. Nam omnes lites Principum, & omnes contentiones Regum ad Pontificem spectant.

Canones. Quicunque litem. Et Canones. Quæcunque Contentiones. 11. Quæstione prima. Canones sunt a spiritu cælesti. Sunt certissimi, & Sancti. Igitur stat Conclusio, quod Pontifex vtroque gaudet Imperio Ecclesiastico, & Politico. Hæc de secundo capite.

CAPVT III.

In quo ponuntur Doctores præstantissimi asserentes Pontificem Maximum vtrunque tenere Gladium, & directe habere Dominium spirituale, & temporale. Isti sunt.

IOannes Bachonitanus Carmelita Theologus, & Canonista. 4 sent. Quæstio. xi. Prologi Art. 4

Idem Augustinus Triunphus. Hoc in Summa de Potestate Ecclesiæ. Quæstio 1. Articulo 1. 4. sen. Quæs. 11. Pro, ar. 4.

Idem Aluarus Pelagius de planctu Ecclesiæ.

Idem Hostiensis in Capite de Voto, & Voti redemptione. Capite super H s. Et super Cap. per Venerabilem. ti. qui filij. cap. 13.

Inquit. n. Quod Papa habet maioritatem, & potestatem in omnibus, & per omnia, & præ omnibus, & super omnibus Christianis totius mundi indistincte. Probat Quadruplici via. Nempe.

Ratio-

Ratione legis / *Ratione Animæ* / *Ratione naturæ,&* / *Ratione veritatis.* } *i. Ratione legis, inquit Hostiensis. Omnis lex in dignitate prior, & fortior, omnem aliam legem inferiorem ad suam Iurisdictionem trahit. Igitur lex diuina per quam summus Pontifex Ecclesiæ præest, omnem aliam legem inferiorem ad suam Iurisdictionem trahet. Ergo omnis lex politica; Aristocratica, & ciuilis, erit sub illa, & per consequens omne dominium temporale. Nam temporale semper cedit spirituali. Quia minus maiori subiectum. Relatio docet hoc.*

Ratio secunda respicit Animam. Certum est inquit Hostiensis quod, qui habet id quod maius est, habet, & quod minus est. Qui habet Equitem, habet, & marsupium: & qui habet Rusticum, habet & Bouem. Modo si summus Pontifex habet super animas dominium spirituale multo magis habebit super corpus, & super temporalia. Omnia facta sunt in seruitium Animæ 6. Quest. 1 præcipimus. Vita corporis non est anima? Quid corpus sine Animæ? Nihil. Sic temporale sine spirituali.

Ratio tertia. Illud quod est supra naturam trahit, id quod est in natura. At Incarnatio: Passio: Resurrectio, & lex diuina sunt supra naturam: Igitur omnia temporalia, & dominia temporalia ad suam trahent Iurisdictionem.

Cap. 10. *Ratio quarta. Confirmat ex loco Deuteronomij. Inquit Deus. Si difficile, & dubium fuerit iuditium inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, ascende ad locum quem elegerit Deus, veniesq; ad Sacerdotes Leuitici generis, & facies quodcunque iudicabūt. At iuditiū inter sanguiné, et sanguiné, est iuditium ciuile: & inter lepram, & lepram; est Ecclesiasticum: & iuditium inter causam, & causam, amplectitur simul vtrunque scilicet Ecclesiasticum, & Ciuile. Igitur directe vtrunque habetur à Summo Pontifice Romano, & maiori excellentia, cum veteres excedat Sacerdotes.*

Concordat cum Hostiense, Panormita in Capitulo Nouit, de Iuditijs.

Conuenit Syluester in summa de peccatis Verbo. Papa. §. secundo.

Hinc

219

Hinc Sanctus Bernardus reprehendit Romanos, qui in temporalibus subesse Eugenio Pontifici maximo, nolebant. Quia solum per Consules Rempublicam regere volebant. Quis igitur audebit ad Rationes, et ad Auctoritates tot virorum, negare in summo Pontifice, vtrumq; Gladium esse, quo ad spirituale, & temporale? Nullus sanæ mentis. Satis de tertio capite. Epist. 242.

CAPVT. IIII.

In quo necessario ostenditur, quod Summus Pontifex vtrunque Gladium teneat, quo ad Dominium spirituale, & temporale: Ecclesiasticum, & Ciuile, & hoc directe.

Certum est quod Natura, vt docet Seneca in libro de beneficijs, dicitur esse diuina ratio: Quoniam omnia recte, & sapienter, proportioneque suaui concipit: omnia produit, & omnia disponit, Cum ex Philosopho, dicuntur Principium motus, & quietis, inquam ego quod Natura ipsa in omnibus fauet nostræ Conclusioni, quod in summo Pastore stat directe spiritualis, & temporalis Gladius.

Rationes sunt infinitæ, at solum adducam quasdam quæ respiciunt rerum omnium.

Entitatem *Multitudinem* *Qualitatem* *Militiam, &* *Hominem.*	*Prima ratio sumitur à rerum entitate. Certum est quod omne ens dependens, & participatum, reducitur ad ens imparticipatum, & independens per essentiam. Hæc maior est clarissima apud omnes*

sapientes: & simplices hoc cognoscunt, dum vident omnia lumina reduci in Solem: omnia calida in ignem: omnia flumina ad mare: omnes venas ad cor: omnia membra ad caput: omnes milites ad Ducem: & omnes equites ad Principem, & Regem. At cur reducuntur?

Ratio est. Quoniam sunt causata, & producta ab illis, vt illorum causæ, Principia, & Origines.

Modo

Modo quæro à Politicis. Aut dominium temporale dependet à spirituali Aut non dependet? } *Si non dependet: igitur non erit sub ente. Igitur duo entia absoluta. At hoc est falsum. Nam quod per super ebundantiam dicitur vni soli conuenit. Omne lumen vnico soli: omnis calor igni soli: omnis vita cordi soli: omnis ars, & scientia vni sapientiæ: & omne ens, vni enti. Igitur erit dependens, istud dominium.*

Si est dependens: debet reduci ad independens: At independens, est dominium plenarium, & diuinum: Hoc autem est in Pontifice Romano per Verbum, Quodcunque solueris super terram. Igitur necessario erit sub illo.

Hinc sicuti directe exeunt aquæ à mari: Radij à sole: Vita à corde: Pariter à summo Pontifice directe temporale, & Politicum exit dominium. Quomodo ergo hęretici non cupiunt rationem?

Secunda ratio. Omnis multitudo reducitur ad vnum, vt recta sit ordinatio. Modo sic arguo: Aut dominium temporale est in serie multitudinis Principatus: Aut no est in multitudine.

Si non est in multitudine Principatus: ergo non erit Dominium. Hoc autem falsum est. Quoniam vbi Duces, Rectores, Consules, & Magistratus, ibi datur dominium temporale. Igitur est dominium dependens: Igitur reduci debet ad Vnum, vti omnia membra non ad duo capita, sed ad vnum caput. At peto ab istis temporalibus, quale est istud vnum dominium? Forsitam Regis alicuius? Non quia multi sunt Reges, & reduci debent ad vnum supremum: sed qualis erit iste? Certe non inuenitur nisi in summo Pastore. Nulli hominum: Nulli Regum: Nulli Imperatorum dictum fuit verbũ illud Quodcunq; nisi Petro, et successoribus. Igitur necessario in Dominium summi Pontificis reducetur istud temporale, cum ab illo directe exeat, & immediate.

Tertia Ratio. Istud Dominium.

Aut est Qualitas, Aut non est Qualitas. } *Si non est qualitas, ergo non erit potestas.*

Hoc absurdum. Igitur est Qualitas. Modo insto.

Qua-

Aut est prima Qualitas, } *Non est prima, & suprema, quia est*
Aut non est prima. } *pars diuisa in multas dominationes:*
Igitur reduci debet ad primam. At prima solum in summo Pastore reperitur. Igitur *ad illum reduci debet, cum in illo directe, & imediate existat.*

Quarta Ratio. Quæro à Politicis.

Aut sunt in Ecclesia Romana? }
Aut non sunt in Ecclesia Romana. }

Si non sunt in Ecclesia Romana. Igitur erunt in Synagoga hæbreorum: Aut in Phanis Gentilium: Aut in Moschea Turcharum: Aut in conuenticulis hæreticorum: At dicant sumus in Ecclesia per Batismum Euangelicum, & cętera Sacramenta. Dicam ergo. Si estis in Ecclesia. Igitur filij Ecclesiæ: Si filij Ecclesiæ: Igitur debetis obedire Ecclesiæ: At quis est caput Ecclesiæ? Non est summus Pontifex? Igitur parendum est illi.

Filij tenentur obedire suis Parentibus: Summus Pontifex omnium est Pater. Igitur oportetet illi humiliter, & prompte obedire. Ecce.

Filij omne regimen à Parentibus recipiunt circa modum viuendi, ordinandi, & Iudicandi in domo, & bonis Parentum. Igitur Politici non possunt vllum Dominium habere sine Principe, et Patre Ecclesiæ. Princeps autem, & Pastor Ecclesiæ est Summus Pontifex. Quomodo ergo Principatus Politicus non erit à Sanctitate, & à Maiestate Summi Pastoris: Non solum directe sed directissime? Rationes sunt Clarissimæ.

Sed quomodo respondebunt huic rationi?

Non est certum, quod Principes Iudeorum habebant dominium Politicum?

Non est etiam certum, quod illud Dominium exercebant secundũ ordinem legis?

Nonne lex illa habebat præcepta moralia? Cæremonialia, & iudicialia: Quibus vitam ducebant in regimine vitæ: In cultu Diuino: & in iuditijs, super offensis honoris, vitæ, & bonorum temporalium?

C *Nonne*

Nonne lex illa erat diuina? Sed cui Deus contulit legem illam? Non Principibus: Sed summo Pontifici, & Duci Moysi.

Quid dicent isti schismatici Sathanæ huic demonstrationi?

Modo, lex Euangelica *non est diuina?*

Lex Euangelica non succedit, tanquam finis, legi mosaicæ?

Lex diuina euangelica non est commissa Ecclesiæ Romanæ? Cui dixit Christus prædicate euangelium omni creaturæ? forsitan Pilato? forsitan Neroni? forsitan Regibus mundi, & Principibus terrenis, Politicis, & temporalibus? Non certe sed dixit hoc Petro, & Apostolis, omnibusque Ecclesiasticis. Igitur si Principes, & Reges, & Iudices, & Consules hæbreorum viuebant, iudicabant, & regnabant secundum legem illam sub Imperio Sacerdotali: Nostrates non viuent secundum Euangelium, & secundum regulam Summi Pontificis?

Insuper Dominium politicum Principũ *hæbreorũ directe non erat à summo Sacerdote legali? Cur non erit istud Dominiũ Principum* Christianorum *directe a Nostro Beatissimo Paulo Quinto Pastore Sanctissimo?*

Principes *Nostri sunt boni, idcircò ad bonum, & propter bonum in bono viuent, & obedient. Pax pacem, paci ad pacem dictissima est.*

Addo etiam quod Philosophus reduxit omnia mundi materialia: omnia formalia: omnia: Dico omnia efficientia: Et omnes: & dico, omnes fines: ad vnam primam materiã: Ad vnam primam formam: Ad vnum primum efficiens: Ad unumq; primum finem. Nam omnes fatentur, cum sint causæ: Principia: Radices: & origo omnium: & effectus in uera scientia separari non possunt à suis causis. Modo cum dominium Politicum non sit summa forma, nec summa potestas, cum sit temporale: & tempore, cedit Spirituali: Oportet necessario concludere, quod spirituali, & Ecclesiastico *sit subiectum. Igitur Pontifex Maximus Vtrunq; teneat Gladium.*

En

CAPVT V. Et Sextun.

In quo ostenditur translatio Principatus temporalis, & Politici à Summis Pontificibus: Vnde apparet quomodo Pontifex directe habet omnem principatum. Sic conscientia quiescet venritati.

Tria in hoc capite ad notitiā clariorem eorum quæ dicta fuere in præcedentibus explicantur.

Primum erit circa uerbum istud transferre.

Secundū circa historias, in quibus narratur translatio Regalis, & Imperialis, dignitatis ab uno Rege, in alium, & ab uno Imperatore in alium: & ab una Regione, & Prouintia in aliam.

Tertium Conclusionem, in conclusione illustrabit.

Quo ad primū de translatione Regnorum, et Imperij, scire oportet quod transferre proprie aliquid de loco ad locum: De familia ad familiam: & de persona ad personam: vel de Principe ad Regem dicit iurisditionem: Imperium: & Dominium illius Rei: illius Priuilegij: & illius Coronæ. Hinc non minores, sed Maiores. Non filij, sed Patres: Non clerici, sed Episcopi: Non serui, sed Domini: Non milites, sed Duces: Non subiecti, sed Principes: & deniq; non populi, sed Reges, ordinant, mandant, & præcipiunt hanc translationem. Ratio est, quia minores, serui, & subiecti illius rei, & Coronæ nullam habent iurisdictionem, sed omnis iurisdictio, & potestas, stat in maioribus Principibus, & Regibus. Modo redeamus ad nostram conclusionem. Si summi Pontifices transtulerunt Principatus: Regna, & Imperia. igitur dominium directum habent in illa.

Quod autem transtulerint Regnum, & Imperium temporale, & Politicum patet in Canone 25. Quæst. 6. Cap. Alius, ubi sunt uerba ista. 25.q.6.

Auctoritate enim Papæ, eiectus fuit Rex Franciæ, de Regno suo, et alius institutus. Ita ponit Ioannes Carmelita 4. Prologi. quest. 11. art. 4. qui recitat Canonem, qui doctissimus fuit in materia Canonica. Igitur habet dominium. Ioannes. Baccon. 4.

Praterea. Zacharias Pontifex Maximus Regem Francorum, cuius nomen erat Childericus deposuit, & suo loco posuit Pipinū Magni Caroli Patrem, non solum pro suis delictis, quam pro eo, quod tantæ Potestati erat inutilis.

Hinc Hugo, vt ponit Bachonitanus noster, addit quod Rex ille erat effeminatus et ocio torpens, cum mulieribusq; dißolute viuebat. Idcirco Charolus militia Princeps Pipini Pater, cùm alijs Ducibus Pontifici totum significarunt, quibus auctoritatē conceßit, vt à Sede eijcerent, aliumq; eligerent.

Cur Pōtifex absoluit a iuramento populos. *Præterea, omnes Francigenas absoluit a Iuramento fidelitatis. Et est mos Ecclesiæ quando subest causa, absoluere milites, & populos á iuramento facto Principi, Ecclesiæ inimico.*

Idem legitur de Leone Pontifice Max. huius nominis, tertio, qui Imperium à Græcis transtulit ad Germanos. Ratio fuit. Quia Ecclesiæ Græci auxilium non ferebant.

Idem habetur de Gregorio Pont. fi. Max. huius nom. II. Qui Monasterio Sancti Medardi priuilegia, quam magna conceßit; & honore omnes Principes priuat, si illa priuilegia impedirent. At quomodo faceret hoc nisi haberet directum Imperium super illos, in temporalibus?

cap. 26. *Hinc narratur in secundo lib. Paralip. historia maximi timoris Regibus, & Principibus Politicis, qui nolunt Sumo Pontifici obedire, & leges faciunt spectantes ad Ecclesiam, vel assumunt offitium Sacerdotum, aut similia.*

Ozias Iudeorum Rex ausus fuit accipere Thuribulum, vt in templo adoleret: & iratus minabatur Summo Sacerdoti Azariæ, qui fortiter restiterat ei. Idcirco statim orta est lepra in fronte Regis coram Sacerdotibus, & festinanter ex pulerunt eum de templo.

1. Reg. c. 13. *Quid dicam de Saule? Nonne a Deo priuatus fuit Regno, quia munus Sacerdotale suscepit?*

Quid dicam de Elia nostro. Nonne in monte Carmelo iußit occidi Prophetas Baal?

Quomodo iußit occidi nisi habuißet imperium temporale directū? Et si habet Elias Imperium hoc in Monte Carmelo: Quomodo Pontifices Maximi illud non habebunt in Ecclesia Romana?

na? Nonne Romana excedit Carmelum?

Quid non potest dici de Oza, vnus de Principibus hebreorum? solum tetigit Archam Domini declinantem, & Deus iratus (ò res mira, ò factum terribile) percussit illum super temeritate & mortuus est ibi iuxta Arcam Dei. 2.Reg.6.

Cur percussit?

Quid Arca? Nonne erat lignea?

Forsitan offendit Sacerdotes?

Forsitan contempsit Sacerdotes?

Dicam offendit dignitatem, & dominium temporale, & Politicū Sacerdoti à Deo collatum, & concessum.

In Arca erant tria quæ ostendebant Imperium temporale.

Erant, enim,

Tabulæ legis Virga Aaron, & Vas Mannæ.	Hæc enim constituunt dominium temporale, & Politicum. Nam Princeps Politicus gubernat, &

Regit populum.

Præceptis Iustitia, & Prouidentia	Hæc omnia sunt in Arca. Vis præcepta? ecce tabulæ legis. Vis iustitiam? Ecce Virga Sacerdotis

Aaron.

Vis Prouidentiam victus, & Annonæ? Ecce Manna. Igitur cum Arca signat Ecclesiam, sequitur, quod non solum tenet Imperium spirituale, sed temporale, Politicumque.

Hinc tangentes, & negantes illud a Deo lepra, Peste, & bello eos percutiet. Apparet in hæreticis talis dissensionis, Inuentores, qui semper Bello, discordijs, & peste flagellati sunt a diuina iustitia. Nota. Oberua.

Et non habemus in Canone Distinct. 96 Cap. Duo sunt. Quod Papa Innocentius excommunicauit Archadium Imperatorem?

Joannes 22. nonne excommunicauit Ducem Bauariæ, quia contumaciter, per electionem in discordia factam, Imperium sibi vsurpauit? Extra de pænitentijs capit. vltimo. Et Distinct. 73. Vbi agitur, qualiter Imperator iurat Papæ de fidelitate.

Hinc

Ioan.Bach.4 pro.q. 11.artic.4. *Hinc ponitur edictum. Qui dixerit, quod* Papa *non habet potestatẽ coactiuã, & maxime quo ad excommunicationem delinquentiũ corpora liter: Vel quod non possit punire, est hæresis condemnata per Ioannem* 22. Pontificem *Maximum.*

Et in causa fuerunt duo hæretici.

Alter fuit Marsilius de Padua } *Ex his fir-*
Aler Ioannes de Ganduno. } *matur Conclusio nostra, & terminantur duo illa capita de translatione Imperij: & de Depositione, & punitione contumacium Summo Pontifici Romano.*

Et videre poterunt historiam Sancti Ambrosij, non summi Pontificis, sed Simplicis Episcopi, qui Theodosium Imperatorem, excommunicauit super regimine temporali, & Politico, *Modo si Episcopus simplex hoc fecit: Cur negabitur Maximo Pastori* Paulo *Quinto? Igitur, obediant in obedientia obedientiæ.*

Et vt promptius sint obedientes Summo Patri, audiant Ioannem Euangelistam in suis reuelationibus. Christus qui est testis fidelis: Primogenitus *mortuorum, &* Princeps *Regum terræ. Quis negabit hoc in loco, & dicet Christum non fuisse Dominũ Eclesiastici, & Politici Gladij? Quid dicent isti mundani? Dictum istud non est clarius Sole? Modo si Christus omne Ius suum dedit Christo, suo Romano* Pontifici *in verbo. Quodcunque ligaueris: Nonne Romanus Pontifex Iure Iustissimo tenebit Gladios istos Ecclesiastici, & Politici Imperij? Est summa veritas.*

Apoc. 1, 5.

De

CAPVT VII.

De vnctione Regum ab Ecclesia, in qua ostenditur Potestas illis data ad Principatum temporalem, & Politicum directe, & immediate.

HInc duo faciam, vt res sit clarior, & indubitabilis. Alterum penes constitutionem, & creationem Regum.

Alterum penes vnctionem Regum.

Quo ad constitutionem, & creationem Regum, habemus non solum ordinem in quotidiana vnctione Regum, sed id patet in sacra scriptura.

Nam primus Rex Iudeorum non fuit Saul? At quis creauit illum vt Politice, & temporaliter populum Dei regeret. Forsitan populus? Non. Forßtan Tribus Israelis? Non. 1.Reg. 10. & 15.

Forsitan Principes, Barones, & Comites Israel? Non certe.

At quis creauit, vnxit, & constituit Regem. Fuit summus Sacerdos Samuel. Ecce verba Samuelis. Me misit dominus; vt vngerē te in Regem super populum Israel. Tulit ergo lenticulam olei. Et effudit super caput eius, & osculatus est eum. Vlterius concessit illi donum Prophetiæ.

Descendo ad Dauid. Quis constituit Dauid Regem? Samuel Summus Sacerdos. 1.Reg.10.

Tulit Samuel Cornu olei, & vnxit Dauidem medio fratrum eius.

Descendo ad Salomonem. Quis constituit Regem? summus Sacerdos Sadoch. Sumpsit Sacerdos cornu olei de Tabernaculo, & vnxit Salomonem: Et cecinerunt buccina, & dixit omnis populus. Viuat Rex Salomon.

Descendo ad Eliam. Nonne Elias ex domini præcepto elegit, & constituit duos Reges, & Vnum Prophetam?

Lege tertium librum Regum, & inuenies quomodo elegit Hazaël Regem super Syriam: Et Iehu Regem super Israel: et Eliseum Prophetam. Sic successiue apparet de alijs Regibus Franciæ; Hispaniæ, & similium, qui ab Ecclesia sunt uncti, & creati Reges. 3.Reg.19.

At

At cum vnguntur? R. vt ciuitates, & Prouincias gubernent temporaliter, & Politice secundum iura, & ordines ad iustitiā tendentes. Igitur ab Ecclesiastico temporali.

Vlterius. Regerent ne ciuitates politice, & temporaliter nisi essent creati Reges? Non.

Eßent Reges veri, & catholici nisi essent vncti? Non. Quia essent Tiranni, & non Reges.

At à quo habent hanc Potestatem directè, & immediatè? A summis Sacerdotibus.

Igitur potestas hæc non erit in Sacerdotibus maximis? Rex concedit Gratias fruendi Iurisdictione aliqua in Insula maris, alicui Equiti bene merito: ergo non erit Ius istud directè, & immediatè in Rege?

Non potest Rex iste Insulam istam personaliter, temporaliter, & politice regere, gubernare, et iustitiam facere? Ita certe, potest facere: Cur hoc negabitur ipsi Pontifici Maximo? Cum magis Reges à Pontifice Maximo pendeant, quam Equites à Regibus.

Dicant isti legerunt ne aliquem Principem qui constituit subiectũ aliquem in dominium oppidi, Terræ, et Ciuitatis, quod Princeps: ille priuauerit se d ominio illo, quod constitutus exercet politice, et temporaliter?

Respondebunt quod nullus hoc facit. Nam si faceret stultitia plenum esset. Patet in fæudis, et similibus: vbi dominium vtile, et honoris conceditur.

At dominium directum, nunquam conceditur, Hoc solum fit in donationibus, venditionibus, et permutationibus. Modo cum Pontifex constituit Reges, et Duces Terræ, non donat illis, nec vendit, aut permutat, sed ordinat Ministros Iustitiæ.

Et si quis dicat. Ego edificaui ciuitatem: ergo dominium meum erit absolutum.

Respondetur, quod non valeat. Quia fundus est terra vel mare: Et omnia sunt Dei, dicente Rege Dauid. Domini est terra, et plenitudo eius: et Pontifici tradita est terræ potestas. Constitues eos Principes super omnem terram. Idest super omnes gentes, et Principes, Regesq;. Intelligite, et percipite.

Et

Et si dixerint. Populi donarunt nobis ciuitates suas, et Dominia
R. Quod terra erat Dei: et ipsi populi Pontifici sunt subiecti, vt fideles: Et supponebant Pontificis placitum, et consensum. Nam filij non possunt de potestate Patris pertractare, nec disponere sine Patris consensu. At omnes homines sunt Papæ, subiecti. Igitur.

Id Paulus attestatur de Christo ad Romanorum Rempublicam. In hoc Christus mortuus est, et Resurexit, vt viuorum, & mortuorum dominetur. Nota illud viuorum. Sunt viui politici? Igitur dominus. Rom. 14.

Id à Diuo Thoma par. 3. q. 59. Ar. 3. Id Ioannes Carmelita 4 sent. q. 11 Prologi. art. primo. Ratio. Quia principale trahit accessorium: At Pontifex habet dominium spirituale, quod est Principale: Igitur habebit temporale, quod est accessorium. At dominium hoc Pontifici Maximo, contulit Dominus in verbo quodcunque solueris, igitur habebit & accessorium. Tho. p. 3. q. 59. ar. 3.

Et si dixerit quis. Acquisiuimus in Bello. Dicam
Aut bellum fuit iniustum
Aut fuit iustum.
Si bellum fuit iustum. Igitur fuit cum superioris licentia, & Auctoritate: At superior Maximus est Pontifex: At cur dat auctoritatem Principibus temporalibus, vt temporaliter belligerent, ipse Pontifex? Quia est Dominus illius Potestatis. ergo.
Si vero bellum est iniustum, non possunt dominari: Alioquin latronum non fugient, nomen & statum.

Hinc pono hanc Conclusionem.
Pæna sequitur culpam. Quia sunt relatiua.
Nam non datur pęna in recta iustitia sine culpa, & peccato.
Modo accedo ad Regem: & ad Tirānum,
Certum est quod Rex temporalis punit, & castigat populos. At propter quid punit, & castigat? R. Quia in potestatem temporalem delinquerunt, quæ collata est Regi.
At cur Rex Franciæ, non castigat temporaliter delinquentes in Coronam Hyspaniæ?
Respondetur. Quia Ius temporale francorum non se extendit ad Coronam Hypaniæ. Modo

Cur Pontifex castigat Tirannum? R. Quia offendit potestatẽ temporalem. Nam potestas temporalis fundata est iniustitia: At Tirannus iniuste egit circa bona ciuium. At cur Pontifex castigat ipse, Tyranum, & non alius Rex?

R. Quia hoc ius temporale non est ab alio Rege, sed est à Pontifice. Max. dicente domino. Quodcunque solueris.

Præterea. Alius non punit. Quoniam omnes Reges limitatum habent Ius. Pontifex vero Plenarium habet Ius. Nam omne habet Ius, & in summo. Maneat igitur Conclusio indubitata illis quod summus Pontifex vtrunque teneat Gladium.

CAPVT VIII.

In quo declarantur multæ Auctoritates, quæ videntur oppugnare nostræ conclusioni. Vnde quidem dicunt Pontificem non directe, sed indirecte tenere sceptrum temporale mundi.

Ioan. 18. P*Rima Auctoritas est apud Ioannem, vbi dicit Dominus Regnum meum non est de hoc mundo. At mundus est temporalis. Igitur si Christus non regnat temporaliter: Nec Petrus, nec Pontifices successores regnabunt.*

Respondendum venit, & luce clarior est responsio, quod Regnum Christi non esse de hoc mundo, vel de temporalibus, dupliciter sumitur.

Vel quo ad receptionem.
Vel quo ad exercitatione m. }

Si sumatur quo ad exercitationem: Nulli dubium est quod non est de hoc mundo, cum non semper exercuerit hoc munus. Tamen Non ualet. Non exercuit. Igitur non est Dominus? Non valet. Nam licet Rex Hispaniæ non exerceat personaliter Iurisdictionem Ducatus Mediolani, sed per ministros: Igitur non est Rex Mediolani? Negatur. Sic Papa per laicos multos exercet mundi Politicum: & Ideo est dominus. Quoniam non venit ministrari, sed ministrare: Nam non venit iudicare, sed iudicari.

iudicari. Si vero sumatur quo ad receptionem; & quo ad Iurisdictionem, dico quod est de hoc mundo. Nam mundus est a Patre, *&* Pater *omnia filio donat. Expositio sumitur a Iesu. Inquit apud Mattheum. Omnia michi tradita sunt a patre meo. Nota illud omnia? Nota à Patre. Quid omnia? omnia Regna: omnia sceptra: omnia spiritualia, & temporalia.*

Sic exponitur illud Matthei. 20. Principes Gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt Potestatem *exercent in eos: Non ita erit inter vos.* Math. 11.

Osseruate modum, dicendi Domini nostri. Quid significat aduerbium ita? forsitan negationem dominij, & Iurisdictionis temporalis? Minime, quoniam est aduerbium: & aduerbium dicit: Qualitatem, & modum rei, Potestatis, & Iurisdictionis. Vnde distinguit inter modum regendi, & iudicandi à Regibus Gentium, & ab Ecclesiasticis. Math. 20.

Nam Reges Gentium quidam gubernant, modo tirannico sine iustitia: sine amore: & sine pietate: At non erit regnum vestrũ spirituale, & temporale ità, sine iustitia: Ita, sine amore: Ita, sine fraternitate: sed erit cum iustitia fraterna, cum fraternitate dilecta: & cum dilectione Sancta, & Immaculata.

Et si quis dicat.

Vestis ostendit Regem, & modum regendi: At Christus induit vestem Sacerdotalem, & non Purpuram Iudicis. Igitur Regnum non erat temporale, sed spirituale tantum.

Respondetur quod non valet ratio. Nam Principes, quando multas habent Iurisdictiones non deferunt vestes, nec insignia minorum: sed induunt vestes, & insignia quæ declarant maiores Iurisdictiones, & sceptra. Imperator: Rex Hispaniæ, & Duces, licet sint Principes multorum oppidorum, & ciuitatum, tamen Insignia, & Vestes non sunt ad illarum Iurisdictionum manifestationem, sed vestes aureas, Coronã, Pomum, & Aquilã deferunt, vt Regni, ac Imperij magni declarent Maiestatem: Pariter Dominus, & Clementissimus Iesus vt ostenderet Summam Maiestatem induit Sacerdotalem, & non iudicis, vestem, ac insignia Sacerdotalis excedit omnium Regum Purpuram.

D 2 *Nam*

Nam in Veste Iuditiali solum Politicam, & temporalem Iurisdictionem ostendißet: At in veste Sacerdotali vtranq; declarauit Maiestatem. Idcirco scripsit. Iesus Rex Iudæorum. Nota Rex.

Marc. 15. *Præterea. A nobiliori inchoandum est signum Imperij, & Maiestatis. Nobilior est vestis Sacerdotalis, Iudiciali. Tamen Pilatus à spiritus motus dixit esse Regem temporalem. Certe est clarissima, & apertissima Conclusio. Nam etiam induit illum Purpura. At si adhuc, quis dixerit.*

Ioan. 17.16. *Christus inquit apud Ioannem.*

De mundo non sunt, sicut, & ego de mundo non sum.

Igitur non habent sceptrum temporale.

1 Respond. Si vera esset interpretatio, sequeretur etiam, quod nō haberent spirituale sceptrum, quod in mundo exercetur. At hoc falsum est. Ergo.

2 Respond: Nom esse de mundo stat duplici. Vel quo ad naturam, & Generationem: & hoc modo sunt de mundo: Quoniam à parentibus originem traxerunt: & mundi more illos nutrierunt. Sic Iesus fuit de mundo, quia conceptus, & nutritus fuit á Beatissima Virgine quæ erat in Nazareth, quæ est pars mundi.

Si vero, non esse de mundo intelligitur quo ad modum viuendi mūdi, dico quod Dominus recte dixit, Non sum de hoc mundo.

Nam mundus habet vitam carnalem: At Christus, & Aposteli amabant spiritualem.

Mundus amat diuitias: Christus et Apostoli reliquerunt naues, Retia, & aurum.

Notandū est. *Mundus est ambitiosus: & Christus, & Apostoli fuerunt humiles. Hinc obseruandum est diligenter. Cur Christus voluit in fine vitæ vocare se Regem Ierusalem, & sedere super Asinam? Pulcherrima certe ratio, vt Caluinum, Lutherum, & omnes hæreticos confundam. dicam.*

Voluit vocari Rex, vt omne Imperium demonstraret: Nempe spirituale, & temporale: Et sedere super Asinam, vt declararet modum regendi ipsis Regibus. Debent enim esse humiles: Pacientes: & benigni. Et vt magis declararetur, Pilatus in Passione

stone induit illum veste Purpurea. In qua politicum, temporaleque sceptrum declaratur. Et si quis diceret.

Innocentius III. inquit, quod Summus Pontifex solum casualiter exercet sceptrum temporale. Igitur non est in illo directe. Nam casus ex Aristo. est Principium per accidens: Igitur non per se habet sceptrum temporale. Igitur non directe.

Respondetur, quod exercere per accidens vel casualiter, sumitur tripliciter.

Vel quo ad Potestatem,
Vel quo ad exercitationem.
Vel exequutionem.

Si casualiter sumitur quo ad potestatem, sic non intelligit Innocentius, quoniam habet plenariam Potestatem in qua continetur vterque Gladius directe, & immediate. Si vero casualiter, & per accidẽs sumatur, per aliud vt passim accipit Philosophus, dico quod est verum, quod per Imperatorem: Reges, ac Duces exercet Imperium temporale. Et sic cessat dubium. 2. Physi.

Et si quis etiam instaret.

Cur Christus non exercuit ipse, & omnes Episcopi hoc Ius temporale?

Nam Eques qui suo non vtitur priuilegio, perdit illud. Igitur, si non vtitur Pontifex hoc dominio perdidit illud. Priuilegio quando perditur.

Nam.

Præscriptiones acquirunt Ius possidendi. Sic consuetudines longæ, acquirunt Ius. Modo, cum Pontifex per multum temporis non fuerit vsus hoc Iure temporali, perdidit Potestatem: & Reges ex præscriptione annorum 100. 400. & mille, supraque possidentes pacifice, sunt absoluti Domini, & Reges.

Respondetur.

Quod in nostro proposito Præscriptiones, vel consuetudines non habent locum. Nam in præscriptionibus licet sit negligentia dominorum, tamen non est collatio rerum immobilium, vel mobilium, vt in Vsucapionibus: Nec est consenssus exprassus: At in dominio temporali, non solum apparet Pontificum consensus: sed est collatio. Nam quid significat.

Gladius: sceptrum: Pomum: & Corona, dum inungitur Imperator in brachio dextro, à Pontifice, vel à Legato à latere?

Si-

Significat collationem imperij in tẽporalibus: & quod Imperator Ecclesiæ Romanæ perpetuus sit defensor. Idcirco præscriptionis nullus cadit scrupulus.

Et quando dicitur. Ecclesia suo non vtitur priuilegio. Igitur cadit ab illo. Respondetur duplici via huic difficultati.

Primo dicimus quod Ecclesiæ Potestas temporalis, non dicitur proprie Priuilegium: cum Priuilegium sit Gratia singularis; At potestas Ecclesiæ est potestas vniuersalis, in Verbo. Quodcumq; solueris, & sic non militat ratio.

Secundo Respondetur quod immo Ecclesia vtitur suo Priuilegio, *& sua potestate temporali. Nam quando Dux facit bellum per Equites, & milites, facit per suam personam Bellum. Idcirco Duci, Regiq; uictoria, & triumphus, & non militibus ascribitur: Sic dum* Principes, *Duces: Reges, & Imperator gubernant, tunc Ecclesia etiam gubernat. Nam sicuti milites in potestate Principis decertant, cum milites ex seipsis bellum age re non ualeant. Sic Duces, & Reges in potestate Ecclesiæ temporaliter, populos gubernant.*

Et sicuti militum dicertatio immediate est à Principe, & directe: Pariter à summo Pontifice regendi Sceptrum in Dominis, Ducibus, & Principatibus mundi temporalis, directe, & immediate, est collatum.

Et si quis adhuc quereret.

Cur Summus Pontifex non exercet ordinarie hoc sceptrum tempo rale, sed alijs committit?

Respondetur, Quod Summus Pontifex, sceptrum temporale

Exercet per se *Exercet, per Episcopos, &* *Non exercet per se, sed per* Duces.	*Exercet per se in quibusdam ciuitatibus Ecclesiæ subiectis. Vt in Prouintia Romana: Romandiolæ: Marchiæ: Bononiæ: Ferrariæ: Beneuenti, Auinioni, & alijs: & hoc facit: ut cognoscatur quod in ipso, et ab ipso exit Dominium politicum, & temporale.*

Exercet hanc Potestatem *per multos Archiepiscopos, ut sciat mũdus, quod à Summo Pontifice dependet:*

Etiam hoc facit, ut Principes sciant, quod si uellet exercere, iure facere posset: Et si necessitas urgeret faceret.

Exem-

Exemplum habemus à Petro Apostolorum, & totius Mundi Prin*cipe, quando ad suam præsentiam Ananias, cum Sapphira vxore eius, ex fraude pecuniæ agri, ceciderunt in terram, & mortui sunt. Hinc discipulis inquit.* Actu. c.5.

Quot Gladios habetis? Respond. Duos. Dixit. Satis est. Luc.22.

3 *Non exercet Summus* Pontifex *hoc Imperium per se, sed per Duces: Respublicas: Reges, & Imperatores. Tum quia est Pater: & Pater non iudicat filios ad Carceres: Triremes: & Mortem sanguinis. Repugnat Paternæ pietatis, seueritas, rigor, & filiorum mors, & pæna. Idcirco dimittit Principibus.*

4 *Non exercet hoc sceptrum, vt omnino Ecclesiasticos ab ambitione exuat. Nam propter mundi regna ambientes bella, cædes, infinitaque commisserunt mala, patet in Repub. Romana: Græcorum: Macedonum, & aliarum nationum. Id dixit duobus discipulis dum dexteram appetebant, & sinistram. Nescitis quid petatis.*

5 *Non exercet hoc sceptrum Summus Pontifex, vt magis ipse cũ Ecclesia, ascendat ad montem Oliueti per contemplatiuam, quam discendat ad Tribunal mundi per actiuam, dicente Paulo. Oportet semper orare, & nunquam deficere.*

Hinc vocatur seruus seruorum, per humilissimam humilitatem.

Vt ostendatur, quod licet illi temporale dominium insit: tamen exercere non vult: Sicuti seruus Auctoritatem in domo Regis, nullam exercet.

Et si quis dixerit adhuc.

Syluester Summus Pontifex à Constantino Imperatore, hoc dominium habuit. Nam Italiam illi donauit, in qua temporale Dominium exercetur. Igitur non est à se directe, & immediate. Immo est ab Imperatore, & à Regibus, & Ducibus.

1 *Respondetur quod non fuit vera donatio, sed restitutio. Nam erant Dei, sed Tirãnus Maxentius, & alij Idolatre occuparunt, & vsurparunt illas: Idcirco restituit illas.*

Respondetur, quod in signo, & Vexillo Crucis acquisiuit illas, dicente Angelo, ostensa Cruce, in hoc signo vinces: At quicquid in signo, & virtute Regis acquiritur à militibus exercitus, non militum, sed Regis est.

Sic

Sic Constantinus omnia in Christi virtute acquisiuit. Idcirco ad Pontificem, & Christi sponsam Ecclesiam restituit.

3 Responsio Dedit non in solutionem mundationis à lepra: Quia dona Dei non venduntur: sed dedit in signum, & recognitioné istius fauoris, quod per Baptismum, non solum aqua purgauit animam à peccati lepra: sed etiam carnem corporis lauit, & sanauit à morbo; & fetore, lepræ.

4 Responsio, pro declaratione omnium difficultatum quibus hæretici, scismatici, & male sentientes, illaqueati sunt, sic hac. Quæro ab istis male sentientibus. Si Turcha veniret ad Baptismum, & postea donaret Ierusalem: Alexandriam: Constantinopolim, & alia Regna Ecclesiæ, esset ne vera donatio? Min me. Quia Donatio fundatur in dominio absoluto Regni donati. At Turcha non habet verum dominium sui Regni, quia ciuitates illæ sunt hæbreorum: Et post aduétum Christi sunt Christianorum Igitur non donaret, sed iuste restitueret. Vide Syluestranum in 4. Senten. de Restitutione.

Maumech fraus. *Et si diceres. Maumeth acquisiuit Regnum illud bello, & ingenio. Respondetur quod non valet.*

Quoniam dolo, & fraude acquisiuit. Et dolus frausque nemini patrocinantur.

Præterea fuit Rebellis Christo: & Rebelles omnibus bonis carent.

Et quoniam res clarissima est, dicam solum duo.

Alterum de Missione Apostolorum,
Alterum de depositione Regum.

Ioan. c. 17. *Quo ad primum. Inquit Christus apud Ioannem. Dedisti ei Potestatem omnis carnis: At potestas carnis principaliter respicit dominium temporale; Igitur directe est in Christo: At Christus Potestatem istam Ecclesiæ communicauit. Probat ipse Christus in eodem Euangelio inquiens. Sicuti me misisti in mundum: & ego misi eos in mundum. At Certum est, quod Christus missus fuit in mundum super omnem carnem. Ergo super omnem potestatem in omni Potestate spirituali, & temporali: At hanc Potestatem dedit Petro, successoribus, Igitur vtranque habent ensem.*

Caro quid significat.

Patet

Patet in verbis suis dicens. Sicut misisti me in mundum: Sic misi eos. Quid dicit Sic? Nonne dicit similitudinem? Nonne ostendit qualitatem, & modum? At qualitas in Christo erat infinita Gratia, & Infinita Potestas: At infinitum capit omnia. Igitur omnem Potestatem spiritualem, & temporalem. Sed hanc Ecclesiæ contulit. Igitur cum Ecclesiæ caput modo sit Paulus. V. hanc habebit Potestatem directe, & immediate. Sic quid significat.

Hæc satis de primo proposito.

Secundū est circa execqutionem, & principaliter quo ad depositionē Imperatorum, & Regum.

Nam Gregorius Septimus deposuit Enricum iiij. Imperatorem, propter suam Tyrannidem. Nec potuit amplius imperare donec ad pedes Summi Pontificis caput humiliaret.

Innocentius III. Othonem deposuit multis de causis.

Ex Blondo. lib. 6.

Innocentius, IIII. deposuit Federicum Secundum in Concilio Generali Lugduni celebrato, consentientibus Patribus.

Idem Inno. Coadiutorem dedit Regi Lusitaniæ, quia in regimine negligenter se gerebat.

Clemens Sextus, deposuit Ludouicum. 4. Qui à Ioanne 22. & à Benedicto 12. fuerat excommunicatus.

Et si quis dixerit.

Nicolaus primus Pontifex Max. distinxit Dominium Politicum à Sacerdotio. Igitur non habet illud. Nam distinctio arguit separationem.

Respondetur quod non valet. Nam Deus distinxit Angelos à cælis: Distinxit offitia Angelorum: ergo non erit Deus illorum? Igitur non habebit imperium illorum?

Princeps distinguit offitia militum: Igitur non habebit omne ius in illis? Negatur. Nam habet ius, sed milites exercent illud. Sic Summus Pontifex distinxit Iura, quia est Dominus: & Ecclesia exercet Sacerdotale, & spirituale munus: Reges vero temporale, & politicum. Tamen potest vtrunque exercere.

Nam distinctio munerum in Curia a Rege non tollit dominium rectum, & immediatum in Rege: sed non decet Maiestatem suā

E per-

peragere officia illa minora, cum maioribus intendat, & sit occupatus.

2.Tim. c.2.

Hoc quam maxime à Paulo Apostolo explicatur suo Thimotheo inquiens. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. Nam Pontifex: Episcopi: Sacerdotes, & Religiosi non debent vacare mercatorum negotijs nec artibus, aut alijs actionibus, sine causa, & necessitate. Tamen si necessitas vrget, habent facultatem, & debent exercere. Et Paulus, & Antonius manibus laborabant propter uictum, & vestitum.

Paulus, & Antonius.

Sic possunt temporaliter regere, & iudicare temporaliter, cum dominium directum sit ab illis.

Et si quis adducat Cap. Nouit de Iudicijs per Inno. iij. Quod munus Pontificis est corrigere Principes, & non regere populos temporaliter.

Cap.Nouit.

Correctio tripl.

Respondetur, quod correctio non solum admonet, sed simul regit obstinatos, & malos Principes punit.

Hinc scire oportet, quod correctio est triplex.

Prima persuadet, Secunda minatur, & Tertia cogit. } *Prima respicit Animam: 2 Honorem, & bonum vtile, & 3 Bonum publicum.* }

1 *Correctio spectat ad omnes. Nam Deus vnicuiq; mandauit de proximo suo.*

2 *Correctio pertinet ad æquales. Episcopus Episcopum corrigat: Rex Regem: Doctorem Doctor: & vxoratum coniugatus. Patet. Si peccauerit frater tuus, æqualis, corripe. Quia cognoscunt suæ professionis defectus, melius, quam alieni ab arte.*

3 *Correctio spectat Episcopis: Regibus, & Summo Pontifici propter pacem, & animarum salutem. Hinc sicuti Reges temporales puniunt fures, & homicidas: sic Summus Pontifex non solum malos Principes admonet paterne: Non solum corrigit iuste: Non solum excommunicat Sancte, sed deponit: sed suscipit Regnum, & temporaliter regit, & gubernat. Vide Syluestranum in 4 senten. Timeant igitur omnes ne Potestatis Gladius in Gladium Gladij, ad Gladium tendat. Nam Gladius iste multos secum trahit pœnas flagellaque omnia. Hæc pauca de potestate temporali, quam [illegible] V. B. M. [illegible]*

Syuest. 4. Lect. 49.

[illegible]

229

immediate tenet super omnes Reges, & mundi Principes scripsi, Cui omnia submitto, cum in Catholica], & pro Catholica Ecclesia, votis, orationibus, concionibus, & lectionibus milito, & vsq; ad mortem laborare in labore, ad laborem, & pro labore cupio: & desidero. Laus Deo, Beatissimæ Mariæ, Apostolo Petro, & Sanctæ Catarinæ, vnde cepi, & perfeci opusculum. ...sis, Apud Carmelum die 1. Nouembris. 1606.

Frater Christoforus Syluestranus Carmelita Doctor Patauinus, & Regens Conuentus Fecit, & scripsit.

FINIS.

Hoc opusculum de potestate Romani Ponontificis, conditum ab admodum Reuerendo, & doctissimo Patre Christoforo Syluestrano Carmelita, nil cōtinet contra fidem, vel bonos mores, aut Christianos Principes; atque ideo poterit typis escudi.

Don Benedictus Brunius Florentinus Monachus Camald. sacræ Theologiæ Doctor Pisanæ Academiæ, manu propria, &c.

Imprimatur.

Paulus Arn. Vicar. Gen. Lucan.

Io Gio. Sand. come prop. per lo spet. offic. delle Scuole mi contento si facci Stampare il presente libro.

Vidi ac legi opus istud de Summi Pontificis potestate Reu. Patris Christophori Syluestrani Ordinis Carmelitarũ, in quo nichil reperi, quod Catholicæ fidei, bonisque moribus meo quidem iudicio aduersetur.


Gaspar Leualorius Can. Theologus Ferrar.

Die 16. Martij 1607. Attentis pręd. approbationibus, Imprimatur F. Io: Baptista Scarella Inquisitor Ferrariæ.

Attenta sana meo Iud. doctrina, concurentibus sup. comprobationibus, Imprimatur. Gibertus Grillenz. Vicarius Generalis Ferrariæ.

INDEX
OMNIVM, QVAE SVNT in ſpeculo vtriuſque Gladij.





Dona-

Mundi

FINIS.

